QVAESTIO XL.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus an poſſit in ſuo teſtamento de feudo diſponere.*
2 *Et quid in feudo ſimpliciter hæreditario.*
3 *Et quid in feudo omni,*
4 *Et an poſſit i lud legare pro anima.*
5 *Et an poſſit plus aſſignare vni ex filijs ſuis, quam alteri de ipſo aſſignari.*
6 *Et quid in fendo nouo.*

Ex Additionibus.

1 *Regulariter vaſallus de feudo teſtari nequit.*
2 *Quibus caſibus vaſallo de feudo teſtari liceat.*
3 *Feudum mere hæreditarium, vt res allodialis, ſeu hæreditaria habetur.*
4 *Vbi alienatio permiſſa eſt, ibi & hæredis inſtitutio permiſſa cenſetur.*
5 *Legati feudi æſtimatio non debetur.*
6 *Huius pronunciati ratio.*
7 *Quod ipſo iure nullum eſt, nullum poteſt prodocere effectum.*

ADDITIONES.

a NVnquid poſſit vaſal
lus in ſuo teſtamen
to de feu.diſponere.] Etſi
1 reguralitur † vaſallus de
feudo in teſtamento di-
ſponere nō poteſt; adeò,
vt nec pro anima quidē
aliquid ei relinquere li-
ceat, per textus hic, & in
fra nu. 4. a Claro noſtro
adductos: excipiuntur ta
men nonnulli caſus, in
2 quibus † vaſallo teſtari
de feudo permittitur. Pri
mus eſt, ſi feudum mere
& abſolute ſit hæredita-
rium, cap. vn. de feud. nō
habente propt. feud. nat.
titul. 48. lib. 2. F. Feudum
3 ſiquidem † mere hæredi-
tarium iure hæreditario
æſtimatur, & vt res allo-
dialis, ſeu hæreditaria ha
betur, per notata Clari
noſtri hic nu. 2. Hartm.
Piſtor. lib. 2. quæſt. 1. n.
61. Gailij libro 2. obſer.
154. nu. 13. Rudingeri li-
bro 1. var. lect. iur feud.
cap. 30. num. 8. Henrici à
Roſenthal. in tract. feud.
cap. 1. concluſ. 35. & cap.
7. concluſ. 6. & D. Colle
gæ Boceri claſſ. 5. diſput.
18. th. 34. lit. D. edit 2. &
in tract. de iuri ſuccedē-
di in feud. c. 2. q. 3. & c.
4. q. 1. in fine. Secundus
caſus eſt, ſi vaſallo, & qui
bus ille dederit, feudum
concedatur, d. tit. 48. lib.
2. Feu. & tit. 26 §. feudū
4 ea lege lib 2. F. Vbi † n.
alienatio permiſſa eſt, ibi
& hęredis inſtitutio per-
miſſa cenſetur, l. ſi quis,
8 §. certum, 2. & §. vlt C.
de ſecund. nupt. Iacobin.
de S. Georg. in verb. &
quibuſcūque, nu. 3. & in
verb. in feudum, nu. 13.
Roland. à Valle conſ. 3.
nu. 11. vol. 1. conſ. 71. nu.
6. conſ. 79. nu. 30. uol. 2.
conſ. 16. vol. 3. & cōſ. 34.
n. 84. & conſ. 84. nu. 19.
vol. 4. D. Obrech. de feu.
c. 3. n. 105. Borch. in com
mēt. in conſuet. feu. c. 7.
par. 1. nu. 6. & c. 8. nu. 97.

QVÆST. XL.

1 QVæro, nunquid [a] poſſit va-
a ſallus in ſuo teſtamēt. de
feudo diſponere? Reſp. quod di-
ſpoſitio teſtatoris de feudo nul-
b lo [b] modo valeat. Text. in c. 1.
de ſucceſſ. feud. ibi, nulla ordina
tione defuncti in feudo manēte,
vel valēte. Et hęc eſt cōis regu-
la, vt dicit Soc. iun. conſ. 72. poſt
nu. 40. lib. 1. Curt. iun. de feud. in
4. par. princip. in 1. regul. in pe-
nult. quæſt. Cum enim vaſallus
nō ſit dominus feudi, niſi donec
vixerit, merito non debet poſſe
de eo diſponere, in præiudicium
eorum, quibus ex prouidentia
primi acquirentis poſt eius mor
tem feudum debetur.

Sed quia hæc materia à Do-
ctoribus aliquantulum confu-
ſe tractatur; ideò diſtinguendi
ſunt aliqui caſus pro eius intel-
2 ligentia. Aut enim loquimur
in feudo ſimpliciter, & abſolu-
tè hæreditario: & tunc dicen-
dum eſt, quod poteſt teſtator de
eo diſponere ad ſui libitum, &
illud relinquere, cui voluerit.
Ex quo tale feudum eſt aliena-
bile, & tranſitorium ad quoſ-
cumque hæredes, etiam extra-
neos, nihil prohibet, quo mi-
nus etiā de eo in ſpecie poſſit
uaſallū in teſtamēnto ſuo diſpo
nere. vide quæ dixi ſup. q. 9.
verſ. Hoc prēmiſſo, & ſupra
q. 31. verſic. vlterius quæro.
Aut vero, & ſecundo, loqui-
mur in feudo mixto, quod ſ. eſt
hærediarium, & eſt etiam ex
pacto, & prouidentia, prout
eſt feudum receptum pro ſe,
& filijs, & hæredibus. Et hoc
caſu dicūt aliqui, quod ex quo
filius non poteſt habere feudū,
niſi etiam ſit hęres, vt dixi in
ead. quęſt. 9. verſ. Quandoque,
& tertio. hęres autem non po-
teſt contrauenire facto defun-
cti: propterea diſpoſitio teſta-
toris de ipſo feudo valebit, quia
per ipſum hęredē infringi non
poterit. Sed hic eſt aduertēdū,
quia hęc concluſio, dato quod
eſſet vera, præcederet ſolum-
modo, vbi ageretur de præiu-
dicio filiorum, vel agnatorum
ſed quo ad præiudicinm ipſius
domini directi, non habetur in
conſideratione, an feudum ſit
ſimpliciter ex pacto, & proui-
dentia, an mixtum, vel an ſit
nouū, vel antiquū: & ideò, mo-
do feudum non ſit ſimpliciter,
& abſolute hęreditariū, tene
ꝙ omnis diſpoſitio de feudo
facta per vaſallum teſtantem,
quo ad pręiudicium domini, eſt
nullius valoris, & momenti.
Prēterea hęc concluſio, etiam
quo ad prēiudicium filij, val a-
gnati, non videtur vera, ſal-
tem quando filius vel agnatus
adiuiſſent hęreditatē vaſalli.
de feudo teſtā is, eū beneficio
inuentarij. Nā talis cōfectio
inuentarij conſeruat filio, vel
agnato hęredi iura ſua, vt poſ-
ſit, non obſtante aditione, alie-
nati onē, de feudo factā per de-
functū reuocare, etiā quod ta-
le feudū eſſet hereditariū, ſe-
cundū vnā opin. quā ego tenui
infra, q. 42. uerſ. Succeſſiue.
Tertio etiā hæc cōclnſio nō ſa-
tisfacit. Nā ſolūmodo habe-
ret locū in filio vaſalli, qui om
nino cogitur acceptare hære-
ditatē patris, ſi uult feudū re-
tinere, de quo tamen dixi infr. q. 76. Secus autem in agnato.
Sufficit enim, quod agnatus ſit hæres primi recipientis, neque
requiritur, quod ſit hæres vaſalli vltimo defuncti, vt dixi in
ſupra alleg. quæſt. 9. verſ. Sed quæro, & ſic in eo ceſſat fun-
damentum concluſionis. Facienda eſt ergo generalis regula,
quod ſiue feudum ſit ſimpliciter ex pacto, et prouidentia, ſi-
ue mixtum, non poteſt vaſallus in preiudicium agnatorum
de feudo teſtari. Benè verum eſt, quod ſi filius, vel agna-
tus adirent hereditatem vaſalli, qui de feudo teſtatus eſt, ſi-
ne beneficio inuentarij, non poſſent talē alienationē in teſta-
mento factū reuocare, quia eo caſu non poſsēt facto defuncti
contrauenire, & hoc, non quia alienatio per aditionē conua-
lidatur, ſed quia iſte adeundo ſibi preiudicaſſet. Et nota, quia
hoc eſt maximi effectum, nam cum iſta aditio non preiudicet
niſi adeunti, poſſet filius, vel agnatus adeuntis, ad quem feu
dum ſpectaret, virtute inueſtituræ ipſa aditione non obſtante
alienationem ipſam reuocare.
3 Sed quæro, nūquid hæc cōcluſio ita declarata, quæ habet, ꝙ
vaſallus

Tertius caſus, ſi domini,
& agnatorum proximio-
rum conſenſu teſtamētū
fiat, arg. tit. 39. lib. 2. F. itē
argu. l. ſi debitor, 4. §. 1. ff.
quib. mod. pig. vel hypot.
ſoluit, & l. cū quædā, 26.
C. de ad miniſtrat. tutor.
vel curat, Schrad. in tra-
ctat. feud. part. 7. c. 2. nu.
15. & ſeq. vbi plures limi
tatio. videre licet. *Harp.*

b *Nullo modo.*] Pro
& contra diuerſa conſil.
omninò vide inter cōſi-
lia Feud. conſ. 41. Et ad-
de, niſi ex tenore inueſti-
turæ apparet illi fuiſſe cō
ceſſam poteſtatem teſtā-
di. Ita per Iacobin. de S.
Georg. in tract. de feud.
in verbo, Marchio in Ita
lia. ſub nu. 2. vbi dat iſtā
maximā in materia feu-
dali, quod à tenore inue-
ſtituræ, non eſt receden-
dum. Item quod inueſti-
turæ tenor ſemper inſpi-
ciendus ſit, habetur latè
per Cæphal. in conſ. 3. n.
1. Et eius qualitas omni-
nò ſeruanda, per eūdem
conſ. 133. n. 4. & eius te-
nor plurimū intueri de-
bet, ibi n. 46. qui omninò
eſt ſequendus per eundē,
in cōſ. 150. n. 4. Et primæ
inueſt. tenor eſt inſpiciē.
per eūd. in cōſ. 152. n. 60.
Et

vaſallus non pōt de feudo te-
ſtari, habeat locū generaliter
in omni fendo, ſ. ſiue ſit anti-
quum, ſiue ſit nouum, id eſt ac-
quiſitum ab ipſo vaſallo teſtā-
te? Reſpon. quod quantum ad
præiudicinm domini, vt ſupra
dixi, non habetur in conſide-
ralione, an feudū ſit antiquū,
vel nouum, quia vtroque caſu
non poteſt per vaſallum alie-
nari ſine conſenſu ipſius domi
ni: ſed quantū ad præiudiciū
filiorum, vel agnatorum mul-
tum intereſt. Nam ſi eſt feudū
antiquum vel paternum, non
poteſt vaſallus de eo teſtari in
præiudicium eorum, qui ſunt
vocati ex tenore inueſtituræ.
Si vero ſit nouum, vtique po-
terit de eo teſtari, interuenien-
te conſenſu domini. Eſt enim
generalis regula; Qnod poteſt
vaſallus de feudo nouo ad libi-
tum ſuum diſponere, ſub quo-
cunq; tenore receptum ſit, etiā
ſi in præiudiciū filij, vel agn-
ti, vel ex tenore inueſtituræ
ſucceſſurus fuiſſet in feudo, vt
dixi infra, q. 41. verſ. Et hæc
quidem.
4 Ex hac concluſione, quod
vaſallus non poteſt de feudo
teſtari, Primo infertur, quod
non poterit teſtator illud lega
c re, etiam pro anima. [c] Tex. eſt
in c. 1. §. Donare. qualiter olim
feud. alien. po. Sed quæro, an le
d gato [d] feudo, debeatur ſaltem
ęſtimatio, prout debetur, quan-
do legatur res aliena? Reſpon
quod nō debetur neque res, ne
que æſtimatio. Ita tenet Bald.
in d. §. Donare, nu. 3. & eſt cō-
mun. opi. vt dicit Soc. iun. cōſ.
72. nu. 60. li. 1. & conſ. 74. nu.
20. & ſeq. eod. vol. Quando
enim aliquis habens ius in re,
quod eſt morte periturum, illā
legat alteri, cenſetur legaſſe ſo
lūmodo illud ius, quod habe-
bat, neque debetur aliqua ęſti-
matio, vt dixi ſupra libro pro
ximo §. legatum.
5 Secundo infertur, quod non
pottrit pater habēs filios plus
aſſignare in feudo vni ex fi-
lijs, quam alteri. Et ita eſt cō-
mu. opi. vt dicit Zaſ. de feud. in
8. p. in 3. paticula, verſ. & hāc
partē. Eſt enim prouidentia le
gis conſtitutum, vt omnes filij
æqualiter in feudis ſuccedant.
Multo minus ergo poterit toto
ipſum feudū prēlegare vni ex
filijs ſuis. Dicit Alex. in leg.
apud Iulianū, quā legit cum l.
cū ſeruis, §. ſi quis alicui, nu. 4.
in fi. ff. de l. 1. quod magis cō-
mun. opin. videtur inclinare in
hanc partē. Et hēc opi. tenere
cōm. DD. atteſtatur Io. Rayn.
in c. Imperialē. §. habito col. 7.
de prohib. feud. alie. per Frid.
quē refert Iac. in verbo, & cū
pacto, quod de ipſo feudo, n. 2.
in fi. Hāc etiam dicit eſſe com.
Rui. conſ. 25. nu. 13. lib. 1.

Quæ omnia de plano proce
dunt in feudo antiquo, & pa-
terno: illud enim proculdubio
nō poteſt pater vni ex filijs
ſuis prēlegare. Et ita eſſe cōm.
opi. dicit Ruin. conſ. 9. in fi. lib.
1. & hoc pro indubitato præ-
ſupponit Soc. iun. conſ. 160. n.
44. li. 2. Cū enim tale feudum
virtute inueſtituræ debeat ad
omnes eius filios equaliter per-
uenire ex prouidentia concedē
tis, merito non poteſt vaſallus
per ſuam diſpoſitionem altera
re natnram feudi in præiudi-
cium aliorum, & ſic illiud relin
quere vni ex filijs ſuis, etiam-
ſi ſit ex comprehenſis in inue-
ſtitura. Et ita ſolet cōmuniter
concludi, vt dicit Soc. iun. in d.
6 conſ. 72. num. 33. Sed quid in
feudo nouo, id eſt, acquiſiti per
ipſummet vaſallū teſtantem
pro ſe, & filijs, vel pro ſe, & li
beris? Et in hoc variæ ſunt Do
ctorū opiniones, quas late re-
fert Curt. iun. de feud. in 4. p.
in vltima cauſa amiſſionis feu
di. q. 30. verſ. Ex prædicta re-
gula. Aliqui. n. dicūt, quod etiā
feudum nouum non poteſt pa-
ter vni ex filijs prēlegare. Et
hanc opin. dicit videri magis
communē Soc. iun in d. cōſ. 72.
nu. 35. & conſ. 160. nu. 44. lib.
2. Alij vero dicunt, quod poteſt. Et hanc dicit videri cōmu-
nem Barb. inter conſ. Alex: conſ. 55. col. pen. verſ. Et ſi quiſ-
piam, li. 4. que etiam mihi magis placet. Eſt enim ualde ra-
tionabile, ut quod iure meo queſiui, etiam arbitrio meo alie-
nare poſſim. Et certe mirum eſt, quod DD. in hoc articulo
adeo inter ſe repugnent: nam aut loquimur quoad prēiudi-
cium domini, & certū eſt, ꝙ quando prælegatur uni ex com-
prehenſis in inueſtitura, non dicitur agi de aliquo præiudicio
ipſius domini. Aut loquimur quantū præiudicium aliorū, &
pariter nō uidetur agi de aliquo eorum præiudicio. Si enim
vera eſt deciſio. Andr. de Iſer. quā. retuli in d. q. 41. verſ. Et
hec quidem. quod ſcilicet vaſallus de feudo nouo poſſit cum
couſenſu domini ad ſui libitum diſponere, neſcio uidere, qua
ratione, ſi vaſallus poſſet feudū alienare, etiam in extraneū,
nō poſſit etiam illud uni ex filijs ſuis prælegare. Et ita, ſi ca-
ſus cōtingeret, conſulerē, & iudicarē. Vide tamē in hoc pro-
poſito ea, que dixi ſupra hoc eod. lib. §, emphyteuſis, q. 16.

Et iſte attendendus per
eund. conſ. 173. nu. 32. &
potius inſpiciendus eſt te-
nor, quam feudi natura,
ibid. num. 16. Item quod
vaſallus haud poſſit teſta
ri de rebus feudalib. etiā
pro anima, commune per
Rol. vide in conſil. 1. nu.
4. volum. 4. & plene in col
lect. mea commu. opin. in
verb. vaſallus, numer. 11.
Idem etiam vide per Rol.
conſil. 79. volum. 2. col. 1.
& 2. in conſil. 71. numer.
10. & 11. eod. vol. Fallit
inueſtito de feudo franco,
quia de eo poteſt diſpone
re, & fideicommiſſum in-
ducere. Idem in illo, qui
habet feudum cum clau-
ſula pro ſe, & hæredibus
quibuſcūque: quia poteſt
hæredem inſtituere, &
ſubſtituere, & fideicom-
miſſum facere de feudo,
adeo vt veniat in reſtitu-
tione fideicommiſſi. Vi-
de per Roland. in conſil.
10. in 2. conſultation. vol.
3. *Giach.*

c *Etiam pro anima.*]
Illud intellige de iure ci-
uili, ſecus de iure Canon.
ſecundum Hoſtienſ. in tit.
de immun. eccleſ. §. in
quantum. verſ. ſed nec il-
la. & ratio eſt, quia ma-
gnum præiudicium fieret
domino, quia Eccleſia
nunquam moritur, & pro
pterea nunquā eſſet ſpes,
quod reuerteretur ad do-
minum. Vide Lud. Ro-
ma. ſing. 533. & ibi addi-
tion. Gabriel. Saraya.
Gouean.

d *An legato feudo, de
beatur ſaltem æſtimatio.*]
5 Communis † opinio eſt.
teſte hic Claro noſtro, va
ſallus de feudo teſtari,
aut legare adeo non poſ-
ſe, vt ne quidem relicti
feudi æſtimatio debeatur,
cap. 1. in princ. de ſucceſſ.
feud. tit. 8. lib. 1. cap. 1. §.
donare, qualiter olim. po-
terat feud. alien. tit. 9. libr.
2. F. ibique Bald. Aluarott.
& Præpoſit. item Bartol.
Aretin. & ceteri in l. cum
ſeruus, 39. (alias l. apud
Iulianum,) §. fin. ff. de le-
gat. 1. Felin. in cap quæ in
Eccleſiarum, 7. de conſti-
tut. Iacobin. de S. Georg.
in verb. & cum pacto,
quod cum ipſo feudo, nu.
6. Pariſ. conſ. 7. nu. 14. lib.
1. Vulteius, Heigius, &
Forſter. in §. non ſolum, 4.
Inſtit. de legat. Roland. à
Valle conſ. 41. num. 13. &
conſ. 71. nu. 11. & cōſ. 79.
nu. 6. & 7. volum. 2. Fran-
ciſc. Curt. iun. in tractat.
feud. part. 4. nu. 126. Bor-
cholt. in d. comment. in
conſuet. feud. c. 8. num. 43.
Nicol. Euerhard. in To-
pic. legal. loc. à feud. ad em
phyteuſin, nu. 16. Gail. li.
2. obſer. 154. n. 14. Fachin.
lib. 5. controuerſiar. iur. c.
37. D. Bocer. d. tract. de iu
re ſuccedendi in feud. c. 1.
quæſt. 8. Rudinger. d. li. 1.
var. lect. iur. feud. cap. 31.
Arumæus diſp. feud. 6. th.
3. Schrader. d. tract. feud.
part. 7. c. 2. num. 9. Heno-
nius in quæſtionib. illuſtr.
diſp. 10. theſ. 24. Roſental.
d. tract. feud. c. 7. concluſ.
2. numer. 10 alijque ab eo
commemorati. Ratio hu-
ius opiniones euidens eſt:
6 Tum † quia cum legatū,
vel promiſſio alicuius rei
ipſo iure eſt nulla; ſicut
ipſa res non debetur; ita
nec eius æſtimatio, arg.
d. l. cum ſeruus, 39. §. ult.
ff. de legat. 1. & l. multum
interreſt, 34. ibique Do-
nell. ff. de verbor. oblig.
7 Tum † quia id, quod ipſo
iure nullnm ſiue, inutile
eſt, nullum effectum pro-
ducere poteſt: ſed perin-
de habetur, ac ſi nunquā
datum, aut promiſſum
fuiſſet, arg. dict. §. non ſo-
lum, 4. ibi, ſi talis res ſit, cu
ius commercium non eſt,
nec æſtimatio eius debe-
tur. Inſtit. de legat. & leg.
non dubium, 5. Cod. de le-
gib. Quæ huic ſententiæ
aduerſari videntur, abun-
de refutauit Dn. Bocer. d.
cap. 1. quæſt. 8. Et eadem
nos quoque diluimus ad
d. §. non ſolum, 4. Inſtit de
legat. numer. 33. & ſequit
Harprec.

QVÆSTIO XLI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus an poſſit cum conſenſu domini alienare feudũ in præiudicium agnatorum.*
2 *Et quid ſi feudum ſit antiquum.*
3 *Et quid ſi ſit hæreditarium.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus vaſallns poſſit cum conſenſu domini alienare feudum in præuidicium agnatorum.*

ADDITIONES.

a F*Eudum alienare.*] Feudi alienatio licet prohibita ſit, licet tamen fieri poteſt irrequiſito domino, ſi in proximiorem fiat, dummodo tamen illud feudum antiqum ſit, aut paternum, ut per Tiraq. in præfat.lib.1. nume.52. *Gouean.*

b *Alienare in præiudicium agnatorum.*] Hic cadunt etiam multæ pulcherrimæ dubitationes. Prima eſt, an liceat uni alienare partem ſui fendi per fraudem, ut ſcilicet ex propoſito impediret agnatos in eo ſuccedere. Secũda, An fraus ſit probauda, & quomodo. Tertia, an ſuffiaiat, quod fraus ſit commiſſa ex ſola perſona alienantis: An etiam requiratur ex parte emptoris. De his plene uide nouiſſime per Menoc. conſ. 226. ubi etiam an reſpectu prædiorum, pro quib. decimæ preſtantur alijs, ſit neceſſe habere licentiam ab ipſis: qua haud obtenta, an prædia dicta deuoluantur ad ipſos, uel ad agnatos. *Giach.*

An poſſit vaſallus cum conſenſu domini feudum alienare in præiudiciuu agnatorum.] 1 Vt † feudum efficaciter, & irreuocabiliter alienari poſſit; non domini ſolum, ſed & agnatorum feudi ſucceſſorum conſenſus neceſſario exigitur; ſi paternum, ſiue antiquum (non item ſi nouum) feudum fuerit, titul.39. in princip. libr.2. F. Verum ea de re, poſt Clarum hic noſtrum, & ab eo allegatos, explicatius diſſertant Hartamanus Piſtoris lib.2. qnæſtionum iur. quæſt.4. numero 1. item quæſt.6. & ſeqq. Mynſinger. cent.4. obſeruat.85. Borcholt. in Comment in conſuetud. feud. cap.8. nu.145. & ſeq. Thoming. deciſ.23. nu.3. Vulteius lib.1. de feud cap.10. nu.72. Roſenthal. in tractat. feud. cap.9. membr. 1. concluſ. 28. & ſeq. alijque ab ijs citati. *Harpr.*

c *De feudo antiquo.*] Quicquid ſit de hac quæſtione, aduerte ad unum. Quod ſi uaſallus alienet feudum remotiori agnato, poterit proximus ſecũdum communem illud reuocare, dummodo reuocatio ſiat intra annũ à die ſcientiæ: alias lapſo anno excluditur à reuocatione. Vide per Rol. plene alios allegantem, & de communi atteſtantem, in conſ.57. nu.67. 68. volum.3. qui numer.69. admonet agnatos, ne patiantur labi annum: quia per illius lapſum excluduntur a dicta reuocatione. Vide per eum & dixi in d. collecta mea uerbo, uaſallus num.51. *Giach.*

QVAEST. XLI.

D*Ixi ſupra q. 31. in princ. quod nõ poteſt vaſallus feudum alienare* a *ſine conſenſu domini.* 1 *Quæro nunc, an poſſit vaſallus cum conſenſu domini* b *feudum alienare* [b] *in præiudicium agnatorum? Reſp. quod non. Et eſt communis concluſio, vt atteſtatur Curt. iun. de feud. in 4. parte, in vltima particula, in 1. reg. col.3. verſ. Stat ergo ex præmiſſis.*

Et hæc quidem regula de plano procedit in feudo anti- 2 *quo, ſeu paterno. Nam tale feudum proculdubio nõ poteſt per vaſallum alienari in præiudicium agnatorum, etiam cum domini conſenſu. Et hæc eſt comm. opin. vt atteſtatur Alu. in c.1. poſt num.4. verſ. Oppono ab extra. quemadm. feud. ad fæ. perti. & clarius poſt eum collegium Bonon. inter conſilia Curt. ſen. conſ.50. num.21. & refert, & ſequitur Pariſ. conſ.17. nu.16. lib.1. Cũ enim ſit ius quæſitum deſcendentib. ex tenore primæ inueſtituræ: merito uon poteſt tolli per aliquem ex ſucceſſorib. primi inueſtiti. Et hæc eſt cõmunis omnium concluſio, vt dicit Curt. iun. conſ.171. num.5. Et eſt valde rationabile, vt in huiuſmodi feudis, quæ à maiorib ſuis proueniunt, non poſſit vaſallus aliquo modo filijs ſuis præiudicare, quia ad feuda ipſa veniunt, non ex facto ipſius patris, ſed ex antiquorũ ſuorum prouiſione. Ita dicit Andr. de Iſer. in c. 1. §. Quid ergo. de inueſtit. de re alie. facta. Et hæc eſt veriſſima, communis, & ab omnibus approbata concluſio, vt dicit Soc. iun. conſ. 112. nu.1. lib.2. ſubdens, quod hoc eſt. apud Doctores noſtros intubitatum. Sed in feudo nouo ſecus eſt. Nam feudum nouũ, ſub quocunque tenore receptum ſit, uiſi fuiſſet expreſſe conceptũ contemplatione alicuius filij, ſpecaliter, & proprio nomine in ipſa iuueſtitura nominati, ſemper poteſt ad libitum alienari per feudatariũ cum conſenſu domini, nec requiritur conſenſus filij primogeniti, uel alterius agnati, qui ſucceſſurus eſſet in feudo. Et hæc eſt dec. And. de Iſern. in c.1. num. 3. de alie. feudi pater. quam dicit eſſe per omnes approbatã Sigiſ. conſil. feu. 52. num.1. vbi etiam ſubdit, quod omues eam ſequuntur nemine diſcrepante; quia id, quod ego acquiro, poſſũ pro mea voluntate alienare. Et hæc deciſio sẽper mihi placuit, licet DD. ſuper hoc articulo varie ſcripſerint.*

3 *Sunt autem nonulli, qui non ita paſſim admittunt hanc* c *concluſiouem, quod vaſallus non poſsit de feudo* [c] *antiquo, ſeu paterno diſponere, in præiudiciũ agnatorum: ſed putant, diſtinguendum eſſe inter feudum hæreditarium, & feudũ nõ hæreditarium, dicentes, quod in feudo nou hæreditario bene procedit ſupradicta concluſio, & ideo ſi feudum ſit receptũ pro ſe, & deſcendentibus maſculis, quod nõ poterit vaſallus de eo diſponere in prẽiudicium deſcendentium maſculorum. Et hanc dicit eſſe communem omnium concluſionẽ Curt. iun. in d. conſ.171. nu.6. Sed in feudo hæreditario, etiamſi ſit antiquum, tenent, quod poſſit vaſallus præiudicare agnatis, & ſic, quod in feudo recepto pro ſe & hæredibus factum vnius aſcendentis, tempore, quo feudũ eſt apud, ipſum, præiudicet non ſolum ſibi, ſed etiam poſteris ſuis hæredib. cum cenſeatur quid hæreditarium. Et dicit Alex. conſ.13. nu.11. lib.5. quod hæc eſt communis conelufio Doctorum vbique, quam etiam poſt eum dicit eſſe communẽ Pariſ. conſ.16. nu.44. li.1. Iaſ. conſ.56. col. fi. verſ. Secundo reſpondetur, lib.3. Tu vero hic aduerte, nam ſi loquimur in feudo ſimpliciter, & abſolute hẽreditario, puta recepto pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, vel pro ſe, & quibus dederit, vera eſt concluſio, quod poteſt alienari etiam in extraneum ſine conſenſu domini, & ſine conſenſu agnatorum, quia tale feudum æquiparatur bonis allodialibus, & tranſit ad quoſqunque hæredes, vt ſæpius dixi; & in tali feudo non conſideratur, vtrum ſit antiquum, vel nouum. Si vero loquimur in hæreditario mixto, puta, recepto pro ſe, & filijs, & hẽredibus, non eſt hæc conluſio abſolute vera, per ea, quæ dixi ſupra q.40. verſ. Sed quia. Quæ hoc loco non repeto, quia optime poſſunt accomodari ad hanc concluſionem.*

QVAE-

QVAESTIO XLII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Alienatio feudi facta per vaſallum in præiudicium agnatorum an ſit ipſo iure nulla, vel detur agnatis reuocatio.*
2 *Et quid in feudo mere hæreditario.*
3 *Et quando feudum dicatur alienari iure permittente.*
4 *Et quid ſi alienatio fiat in agnatum proximiorem, & qui omnino erat in feudo ſucceſſurus.*
5 *Et quid ſi fiat in remotiorem.*
6 *Et nunquid agnatus proximior poſſit reuocare etiam viuo alienante.*
7 *Et an eo caſu teneatur pretium emptori reſtituere.*
8 *Et quid ſi vaſallus alienans habet filios.*
9 *Et quid ſi alienatio facta ſit in penitus extraneum.*
10 *Et infra quantum tempus poſſit hoc caſu fieri reuocatio.*
11 *Et an pendente hoc termino ad reuocandum, ſtet etiam in pendenti tempus petendi inueſtituram à domino.*
12 *Et quid ſi agnatus proximior conſentiat alienationi, an talis conſenſus præiudicabit eius filijs.*
13 *Et an præiudicet agnatis in ſequenti gradu.*
14 *Et an filius vel agnatus ipſius vaſalli admittantur ad huiuſmodi reuocationem, etiamſi ſint heredes ipſinſmet vaſalli alienantis.*

Ex Additionibus.

1 *An filij, & agnatis feudum mere hæreditarium alienatuu reuocare poſſint.*
2 *Hæres tenetur approbare factum defuncti.*
3 *An, & quatenus feudum ex pacto, & prouidẽtiam nouum alienatum filij vel agnati repetendi facultatem habeãt remiſſiue.*
4 *Feudum ex pacto, & prouidentia antiquum alienatum agnati reuocare poſſunt.*
5 *Ecquid vaſallus feudum antiquum agnato remotiori alienare queat.*
6 *Quomodo & intra quantum tempus feudi alienati reuocatio fieri debeat, remiſſiue.*

ADDITIONES.

a A*Vt enim loquimur in feudo mere hæreditario.*] Indubitata, & recepta cõmuni calculo 1 concluſio eſt: quod † feudũ merè, & abſolutè hæreditarium, puta pro ſe, & ſuis hẽredibus quibuſcunque conceſſum, alienatum filij, & agnati reuocare non poſſint. Huiuſque ratio manifeſta eſt: quia hoc feudum abſolute, & ſimpliciter hæreditarium in omnibus, & per omnia rebus allodialibus, & alijs bonis hæreditarijs æquiparatur, adeò vt nõ ſolum ad filios, ſed etiam ad penitus extraneos deuoluatur perinde, vt pleriq. res hæreditariæ velut in dicatũ ſupra ad q. 40. nu 3. 2 Omnibus † eutem notũ eſt, ꝙ nullus hæredũ contra factũ defuncti venire queat, ſed eius factum approbare teneatur, l. ex qua perſona, 149. ff. de regul. iur. l. cum a matre 14. C. de rei vindicat. At que ita, poſt Clarum noſtrum, tenent Ludolph. Schrader. in tract. feud. par. 8. c.8. num.9. & ſeq. Hartm. Piſtor. q. feu. 14. n.11. lib.2. par.1. Vult. lib. 1. de feud. cap 11. nu.85. Pruchm. conſ. 4. q.1. n. 24. vol.1. Michael Graff. lib. 1. recept. ſentent. §. hæreditas, q.12. num.29. Pinel. ad l. 2. C. de bon. maternis part.3. num.96. verſ infertur octauo, &c. Roſenthal. in trac. feud. c. 9. membr. 2. concl. 72. nu. 6. Erneſt. Cothman. conſ.2. n.176. & ſeq. vol. 1. hoſque omnes referẽs Matth. Berlich. par.2. cõcluſ. prѧcticabil. concluſ. 57. nu.3. & ſeq. *Harprec.*

b *Aut loquimur in feudo ſimpliciter ex pacto, et* 3 *prouidentia.*] Feudũ † ex pacto, & prouidentia nouum alienatũ an, & quatenus filij vel agnati repetendi facultatem habeant, latiſſime explicãt, multis adductis vtrãque in partẽ, & rationibus, & auctoritatib. Hartm. Piſtor. q. feud. 4. lib.2. part. 1. And. Fachin. lib. 7. controu. iur. c.8. Vult. d. lib. 1. de feud. c.11. nu.84. Borcholt. in Cõment. in conſuetud. feud. c.8. nu.145. & ſeq. Schrader. d. tract. feud. part.8. c.6. num.15. cum ſeqq. & c. 7. nu. 31. cũ ſeq. & c. 8. n.2. & ſeq. Pruchman. d. conſ.4. q.1. n.16 vol.1. Matth. Colẽ. conſ.20. n. 55 & ſeq. vol. 2. Modeſt. Piſtor. cõſ.50. q.1. num37. & ſeq. vol.1. Ioan. Keppen dec. 54. n. 39. & ſeqq. Roſenthal. d. tract. feud. c.7. cõcl.7. nu. 6. & ſeqq. c.9. membr. 1. concl. 66. nu.1. & ſeq. & nouiſſime Berlichius d. concl. 57. nu.15. & pluri mis ſubſeqq. *Harprec.*

c *Aut eſt feudum antiquũ, ſeu paternũ.*] Quod 4 feudũ ex pacto, & prouidentia antiquũ alienatũ agnati reuocare valeant, aperte deciſũ ext. in c.1. §.1. ti. de ſucceſſ. feu. c.1. in prin. tit. de alien. feud. pater. c. 1. §.1. ti. per quos fiat inueſtit. c. 1. § porro, ti. qual. olim. pot. feud alien. c.1. §.1. tit. de inueſt. de re alien. fact. c.1. §. Titius filios tit. ſi de feudo defuncti content. ſit int. dom. & agnat. vaſal. Idq;

QVÆST. XLII.

1 D*Ixi ſupra q. 1. quod non poteſt vaſallus alienare feudum antiquũ in præiudiciũ proximioris agnati, ſine ipſius cõſenſu: Quæro modo, nunqnid ſi illud alienet, talis alienatio ipſo iure nulla? Reſp. quod quatenus alienatio rei feudalis eſt in præiudicium domini facta ſine eius conſenſu nulla eſt difficultas, quin ſit ipſo iure nulla. Textus eſt in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Fride. Sed quatenus reſpicit præiudicium agnatorum, non eſt ipſo iure nulla, ſed bene poteſt per filios, vel agnatos alienantis reuocari. Et in hac materia habemus text. notabil. in capit. primo. §. Titius filios. ſi de Feudo defunct. contentio fuerit, quod filius vaſalli poteſt alienationem feudi per patrem factam reuocare, etiam ipſo patre viuo, ſed tenetur eo caſu reſtituere pretium emptori. Agnatus autem non tenetur pretium reſtituere, ſed ſine pretio reuocat, mortuo tamen prius alienante, vt ibi.*

Sed quia hæc materia habet plura capita, ideò diſtinguendum eſt. Aut enim loquimur a [a] *in feudo merè hæreditario, & non datur aliquo modo reuocatio, quia, vt ſæpius dixi, tale feudum eſt alienabile ad inſtar bonorum allodialium. Aut lo-* b *quimur* [b] *in feudo ſimpliciter ex pacto, & prouidentia, vel etiam mixto, & tunc, aut feudum eſt nouum, & non datur reuocatio, quia licitè poteſt per vaſallum in quemcunque*

alienari, vt dixi ſupra q. prox. verſic. Et hæc quidem. Aut eſt c *feudum* [c] *antiquum, ſeu paternum, & hoc caſu poteſt per agnatos alienantis renocari. Et ſic habes pro abſoluto in hac materia præſupponere, quod nunquam admittitur agnatus, vel filius ad reuocationem alienationis feudis niſi hæ duæ qualitates cõcurrant, ſcilicet quod feudum ſit ex pacto, & prouidẽtia, vel abſolutè, vel mixtim, & quod ſit feudum antiquum.*

Eſt etiã pro intelligentia prẽmittendum, quod feudũ aliquã- 3 *do dicitur alienari iure permittẽte, aliquãdo verò dicitur alienari iure nõ permitt. Iure permittẽte alienatur feudũ, puta, ſi interueniat conſenſus domini; nam hoc caſu valet alienatio ipſius feudi. Idem alienatur iure permittente, quando vaſallus illud alteri in feudum concedit, quod quidem facere poteſt etiã ſine domini conſenſu, vt dixi ſup. q. 32. Item quando vaſalla nubens, dat feudum in dotem quod pariter ei promiſſum eſt, quod dixi ſup. q.36. Iure autem non permittẽte, dicitur feudum alienari, quando alienatur ſine domini conſenſu, in caſibns à iure, vel conſuetudine feudorum non permiſſis.*

Hoc præmiſſo, explicandi sũt plures caſus, prout pluribus modis poteſt hæc quæſtio contingere. Aliquando enim vaſallus a- 4 *lienat feudum in agnatũ proximiorẽ, & qui omninò poſt mortem alienantis eßet in feudum ſucceſſurus, et tũc alijs agnatis non datur reuocatio, quia eorũ nihil intereſt, ex quo, etiam non facta alienatione, feudum erat*

fuſius